

• suscepimus pro dignitate commodisque vestris et illius sacro-
• sanetae sedis. Omittimus auxiliares copias equitum peditumque
• quotquot petiae sunt nostris istic sumptibus liberalissime para-
• tas: sed classis potissimum illa validissima triremum naviumque
• ferme octoginta, milite equitibusque instructa, quae totam oram
• ab Aprucio Brundusium usque excurrent, ferro ignique omnia
• vastando, depopulata est; victoria deinde nobilissima a Roberto
• Malatesta duce nostro apud Neptunium Campaniae de vestris
• hostibus relata, nomini vestro consecrata monumentis aeternis
• pro testimonio celebrabitur. Quid illud, quod Robertum dese-
• rere ferrariam, quod nunquam creditum est, maluimus, et cum
• omnibus ejus copiis citato agmine quanta potuit perniciitate in
• hostem vestrum ferri ultra Campaniam, quasi memores totius
• Italiae vires contra nos in unum coactas clarissimumque belli du-
• cem Federicum Urbinate castra castris nostris contulisse. Af-
• fuit Deus pio ardori nostro; hostis a duce nostro fusus fugatus-
• que; liberata urbs; commeatus aperti; triumphus actus in hono-
• rem B. V. longissimo captivorum procerum ordine, quo nullum
• laetiorem clarioremque multa retro saecula vidit urbs Roma.
• Quod si praefecti vestri serio bellum gerere quam joco maluis-
• sent et prosequi victoriam divinitus collatam, hostis captivus in
• ditionem veniebat vestram, confectumque esset bellum majori
• cum gloria quam ulli unquam romano pontifici contigisset. Nos
• tamen interea paucos post dies immatura Roberti morte, quo
• certe non debuit, clarissimum ducem amisimus maxima dominii
• nostri jactura haudquam credere possumus. Pater sancte foedera
• ista nova tam alte animo vestro insedisse, ut haec officia et be-
• nemerita tantis cum impensis et periculis nostris obita et illorum
• acres injurias, quibus nihil intentatum in nos reliquere omnino
• ex animo deleverint. Quam benigno autem animo tum cum da-
• bant ducem ferrariensem extiterimus, declarant litterae nostrae
• ad V. B. parati semper fuimus ad eum in gratiam recipien-
• dum, modo nobis ipse vetusta nostra jura dignitatesque eruptas